

ter dicere solebat: sicut superabundant in nobis Passiones Christi, ita et per Christum abundat consolatio nostra. Eccl. 38. v. 9.

Multi adhibent remedia superstitiosa: sed male! quis enim bonum aliquod speret a dæmone: sanat quidem corpus, sed ut animam auferat. Porrigit pomum, et surripit Paradisum. Si peccatum in orbem inuexit omne malum, & demon fuit peccati occasio, quis nunc speret quod peccatum dæmoni iunctum in ades inferat aliquid boni? Ne spera hoc, sed potius illud monitum attende: *Fili in infirmitate tua ... ora Dominum, et ipse curabit te*. Eccl. P. p. t. disc. 4. n. 21. C. Eccl. 38. v. 9.

Quidam Drossartus pauperum oppretum infirmatus vocavit Medicam: iste cum esset Vir timoratus, agnoscentes morbi gravitatem, suavit infirmo, ut prius animæ quam corporis curam haberet, ut si forsan peccatum causa esset ægritudinis, sublata radice tanto facilius valetudo corporis rediret. Verum æger insolenter Medico exprobrare cepit: Medicum te vocavi, non Confessorem. Ex eo autem tempore cum Drossartus ad agonem venisset, tota arte contremuit, auditusque est armorum strepitus & pugnantium clamor, ut pastores, ea hora ad arcem venire soliti contremiscent: edocti autem sunt a quibusdam arcem ingredientibus, strepitum a demonibus excitatum fuisse, qui infelicem morientis animam ad infernum deduxerunt. E. *Mors* n. 26.

Principes ille Synagoga rediviuiam petens filiam in solo Deo confidit. S. lb. f. 127.

S. Augustinus laudat Christianos, quod in capitis doloribus adhibeant Evangelium S. Joannis, & non ad ligaturas, & superstitiones recurrant. D. 9. 31.

424. *Causantur a peccatis.*

Nautæ merces exonerabant, ut alleviaretur navis, & non cognoverunt, ait Hieronymus, esse onus fugitivi Prophetæ: mibi exacuunt per Medicos malos humores, & causa infirmitatis est fugitiva voluntas. Paralyticus ad Christum ductus, ut corpore tenui curetur, & Christus curavit animam. S. Thomas ait: Removebat ægritudinis causam, ut post induceret sanitatem. S. punct. 44. fol. 176.

Achab vulneratus est non casu, sed Domino dirigente sagittam. S. lb. f. 176. Antiochus tam perulenta contagione consumptus est, ut eius lectorem fuisse non poterit exercitus. Quare? Punius est ob gravissima scelera: ipsum illius

corpus debet esse carnis scelerati. Patrem in modum lactuosissima mors Hierodem infanticidam, & Diocletianum tyrannum abstulit, ac lento martyrio confecit. A. l. c. 10. §. 10.

S. Simeon salus agricola: oculorum doloribus agro sinapium in oculos insperit, cum augetur dolor iussit ut oculos acetum lavaret: lavit ille, & omni oculorum malo liberatus est: ecce! ajebat tunc Simeon: iam sanus factus es, deinceps delirine vicino tuo oves prædari. Nempe hoc futurum ovium erat causa ophthalmie. D. 1. 69.

Deus Oziam Regem Sacerdotum invadentem lepra percussit: Aque ac Mariam sororem Moysis ob murmur. Jeroboam Regem idololatram, & manum extendentem in Prophetam ariditate multavit. C. Eccl. 38. v. 10.

425. *Patienter tolerantur a Sanctis.*

Quædam pulcherrima Virgo lepra percussa, cum Episcopo lacrymas exprimeret, cum risu respondit: Domine, liquor incarceratus esset eo pacto, ut non fit exiturus, donec muri collaberentur: nonne rideret, si muros videret corruere? S. punct. 47. fol. 184. 185.

S. Job plenus erat ulceribus, solatii & auxilii expertus, nisi præter testam habuisset, consuebant: nil præter testam habuit, qua saniam radebat. Alii dicunt, quod in testulis se voluntarie ad angendum dolorem. Vermes e putredine exidentes repositi in ulcera: vermes autem erant dæmones, ait Origenes &c. S. p. 106. f. 308. & seq. p. 139. fol. 439. in fine.

S. Bona vermes ex ulcere scaturientes reponit, cum unus eorum in manū S. Dominici in unionem vertitur, trislat, & ecce dum eum in ulcus restituit, in vermem iterum migrat. Sanchi. 6. p. c. 8. fol. 803. Vide etiam Titulum *Patientia Sanctorum*.

B. Fina Virgo Florentina dolorosissima paralyti occupata immobilis jacet, non in lecto, sed in nudo assere. Quincque integris annis in dextra parte jacuit, non potuit unicum membrum movere, ob defluens tabum etiam asseris lignum putrefactum, & putrida caro ligno agglutinata est. Præterea vermes utque ad intestina serpebant, & mures jaentis carnes ardebant: non habebat unquam personam, quæ hæc animalcula abigeret, &c. Et tamen sereno semper vultu nec unicum fovebat genitum, cum eleemosynæ illi mitterentur, ajebat se nimis laute haberi, & quod

quod illa in suos usus non habebat necessarium, pauperibus dari volebat, &c. R. 1. cent. 2. par. mir. 26.

Leprosus inventus in silva dulciter cantabat: Quæsit quare? Respondit: Quia video parietem lutosum, qui inter me & Deum est, nempe corpus meum confringi, ut anima mea libere ad Deum evulet. E. *Infirmis* n. 21.

S. Franciscus in infirmitate orabat ad Deum: Gratiis tibi ago Domine de omnibus infirmitatibus meis, tua sancta voluntas est mihi consolatio superflua, &c. C. Eccl. 38. v. 9.

426. *Adducunt ad penitentiam.*

*Sagitte tue infixe sunt mihi, et confirmasti super me manum tuam.* Hæc verba loquitur David in Psalmo, qui unus de penitentibus est: vult dicere: sicut venator cervam, aut capream sagitta ficit: ita cum ego peccator a te Deo meo fugitivus recederem, tu sagittis stristis fugam, & confirmasti super me manum tuam. Hoc itaque Deus facit, peccatores sagittis fauciat: hunc ferit in renibus succidendo atroces calculi dolores, illum in oculis asserendo excitationem, alium in auribus efficiendo surdum, alium in manibus condemnando ad chirurgæ molestias: & sic obinet, ut horum quilibet se Deo subiciat. Segn. Mann. 18. Maji. n. 1. Diofcorus pantomimus pro sanitate ægrotantis filie vovet susceptionem baptismi: filia sanatur, ac ille deficit promisso: percutitur ergo cæcitate, & ecce iterum renovato voto oculorum usum recipit, ac baptismum suscipit. At quoniam in adificendis fidelium mentibus defecit erat ac negligens, paralyti punitur, sicque a Deo per morbos quasi vi compellitur ad vitam per Christianam. Ita hodie dum interdum fit: vexatio dat intellectum, &c. D. 7. 77.

Quætor sunt officia ægrotantis: 1. Ut clamet ad Deum, & eius voluntati se totum resignet. 2. Ut conscientiam purget per penitentiam. 3. Ut peracta penitentia offerat Deo Sacrificium pro salute sua, id quod in nova Lege maxime fit per SS. Eucharistiam. 4. Denique, ob locum dei Medico; Deus enim homini non vult largiri sua beneficia, nisi homine cooperante. C. Eccl. 38. v. 9. & seq.

Propositus quidam luxuriose vivebat: habuit autem penitentissimam Matrem, quæ sine fine Deum pro illo rogabat. Et ecce! percussit lepra, in ea infirmitate mirabilem penitentiam egit, & ple mortuus est. E. *Infirmis* n. 17.

Miles in via a rustico luto conspersus eidem rustico pedem amputavit. Factus dein Monachus quotidie peccata sua, præsertim hanc rustici mutilationem planxit, dicens: nisi in me signa Jobi videro, non possum concipere spem salutis. Exaudivit illum Deus; quippe pes illi computruit, eum in modum, quo rusticum mutilavit. E. *Tentatio* n. 9.

Christus ipse ad ægrotum dicit: Ecce sanus factus es, jam noli peccare. Et S. Basilii ait: *Morbi sum flagella peccatorum, ut vitam nostram in melius commutemus.* C. Eccl. 38. v. 9.

427. *Patienter ferendi exemplo Christi et Sanctorum.*

Moyse itineranti populo prælegi sæpe jubet vitam Jobi, ut ejus auditu ad patientiam animarentur. Justus Lipsius leter taliter ægrotus, cum amici illi loquerentur de patientia Stoicorum, de qua prius librum scriperat, digito intendens in Crucifixum, ajebat: Hæc est patientia Christiana. Joann. Rex Lusitanæ, cum cerneret alicuium ægrotum ad sumendam amarum potionem persuaderi non posse, partem potionis sumpsit, & sic agrum animavit.

Quidam amicus, ut amico fractionem vitiosi dentis persuaderet, dentem sanum sibi effringi permisit. Ita in morbis debemus animari exemplo Christi, & Sanctorum. D. 5. 84.

S. Paulus Eremita alios sanabat oleo, non autem seipsum, ne meritum patientie perderet. Quidam æger convalescens flevit, dixitque ad Deum, an ergo non amplius dignus sum patri pro te, &c. Sanchi. 6. par. c. 8. f. 803. & seq. Vide etiam Titulum *Patientia Sanctorum*.

Ven. Magdalena de Ursinis continuus doloribus afflictæ conquesta est erga Crucifixum. Somno deinde correpta Crucifixus apprensus hortatus est ad Crucem ferendam. Dicente autem illa: Domine tu tantum per tres horas in Crucem pendisti, ego jam tanto ac tanto tempore! Respondit Christus: Ingrata! a primo vite momento Crucem sustinui! qua correctione animata illa optavit cruceis & dolores. T. n. 207.

428. *Præservant a peccatis.*

Rex Abimelech rapuit Saram Abraham uxorem, & tamen non violavit: Cur? Josephus ait, im- ediebatur morbo gravi, & Medicis ignoto, S. punct. 42. f. 173.



Deus sæpe permittit infortunium, fragitionem cruris, dolorem stomachi, uti Augustino contingit, ut ad baptismum properaret. S. punct. 42. fol. 174. M. conc. 23. ass. 3. C. Eccl. 38. v. 10.

Elias timet, dum Jezabel mortem minatur: Ecce timor Domini in cor venit, dum Deus mortem minatur per morbum, &c. M. lb. n. 6. 7.

*Exim. in  
Pie. PP.  
6. 3.*

Pacomius cum a discipulo pro impetranda sanitate rogaretur, reposuit: *Rem tibi necessariam cupis abire: Ut enim corpora niro abluantur foribus, ita anime languoribus aliisque castigationibus purificentur.* D. 4. 54. Et 5. 63.

Quædam Deo devota Virgo insidiis impuri Ieonis pessime depravatur, ita, ut ex Monasterio fugere decreverit. Dum fugit, a Beata Virgine admonetur, ut revertetur, & cum admonitioni non parer, ecce Christus crucifixus e cruce descendens fugientem infectatur, eique clavum in faciem projicit, ut ægra in terram procumbens gradum sistere debuerit: respuit, & penitentiam egit. R. 1. par. mir. 6.

Infirmus moriturus, omnibus membris suis, oculis, auribus, ori, cordi, aliisque gradus rependit, quod mundi vanitatis non inharant, sed morbum patienter toleraverit, sicque immunes vixerint a peccatis propter Deum, & animæ salutem. E. *Infirmus* n. 19.

Sigismundus Cæsar interrogavit Theodoricum Archiep. Coloniens. prudentia & sanctitate illustrem, quæ via recta ad cælum duceret? Respondit ille: *Si vitam tuam ita institueris, uti proposuisti, dum calculus, aut podagra, aut alius gravis morbus te opprimit. Morbus adducit ad meliorem vitam.* C. Ita. 38. v. 3.

429. *Compefcitur audaciam peccatoris.*

David furibundo Sauli scyphum, & hastam abstulit, cum vitam potuisset adimere: unde ille expergetus agnovit beneficium, & reconciliatus est Davidi: O quoties, dum Deum offendimus, ille unico idu potuisset nos mittere in gehennam? sed tantum scyphum voluptatum abstulit. S. punct. 42. f. 174.

Morbus etiam potentes & reges humiliat: hinc enigma illud de tribus fortissimis, ferro, fabro, & febre: ferrum forte est, quia omnia discindit: faber fortior est, quia ferrum cudit: febris fortissima est, quia etiam fabrum ferrit. Antigonius a morbo convalescens ajebat: Hic morbus admonuit nos, ne animo effera-

mur, cum simus mortales. C. Ita. 38. v. 3.

Alex. Magnus ita superbit, ut se ipsum Deum faceret: cum autem in morbum incidit, & Medicus illi prohibitionem imperaret, ridens Philosoph. Anaxarch. ajebat: *En, Deo vestro omnis spes in sobriolitate patella posita est!* Nempe morbus docuit superbientem, se esse mortalem. C. Ita. 38. v. 3.

Si filius familias pecunias abicitur ad lufus & petulantias, Parens illi denegar, & subtrahit nummos: ita si homo a Deo creatus valitudine corporis abicitur ad ignominiam creatoris, Deus illi admittit sanitatem, & illum in lectum coniecit. O quoties petulans peccator contra Dei & Ecclesie præcepta cervicem erigit, cum autem Deus per ægritudinem illum humili prosternit, clamat cum Saulo humiliato: *Domine, quid me vis facere? &c.*

Præclare Plinius Secundus ad Maximum: *Nuper me cujusdam amici languor admonuit, optimus nos esse, dum infirmus sumus. Quem enim infirmum aut avaritiam, aut bonor sollicitat? non amoribus servit, non appetit honores, oper negligit, & hominem se esse meminit.* &c. C. Eccl. 38. v. 10.

Mors amicorum, filiorum &c.

430. *Temporalis nos desenda, sed æterna.*

David sobolem ex adulterio natam non deservit, sed Absalonem, ait S. Hieronym. *David iusto flevit filium parvici-*

*dam, qui alium parvulum, quem sciebat non peccasse, non flevit.* B. ser. 5. n. 9. Christus Viduæ in Naim dixit: *Noli flere, ubi S. August. Si filius cujusquam moriatur, plangit illum, si peccet, non plangit.* B. serm. 24. n. 33.

Elias postquam filium Viduæ Sareptæ excitavit, deposuit eum in cœnaculum: Ecce filii sunt tantum depositum, quod utique a Domino repeti potest quando vult. B. serm. 35. n. 16.

S. Athanasia mortem duorum filiorum in templo S. Juliani amare desebat, apparuit autem illi S. Julianus dixitque: *Cur desles id, quod Deus secum in cælo habet? funde potius lacrymas super peccata tua, &c. Sanch. 5. par. c. 10. f. 621.*

S. Lydyvina inter orandum calefuit visionibus frequenter recreari solebat; cum autem mortem fratris immoderate desleret, his gratis destituta fuit. Sanch. 7. par. c. 3. f. 98.

Mater quædam Diuvenfis in India mortem utriusque filii, qui urbem contra So-

limanni, ac Turcarum insultus generose defendenter, heroico animo perierit. R. cent. 3. p. 2. mir. 11.

Quis indignatur commodanti equum, dum illum vesperi repetit? ita quis Deo ægre feret, si sua repetat, &c. P. p. 2. dil. 14. n. 9.

Magna est differentia inter calicem argenteum, & vitreum contractum: deprimi frustra argentea facile in aliud vas pretiosum conlari possunt, frustra autem vitrea in plateam ejecta pedibus conculantur. Ita si amicus aut filius candore & innocentia fuit argenteum, deplorandus non est: verum si fuit vile, & fragile vitrum, tunc lacrymis dignus est, &c.

431. *Cur in tenera etate a Deo insignatur.*

Moriuntur præmature liberi 1. Ut Deus puniat culpas parentum: Davidis parvulus iuste periebat, quia pater ejus, cuius erat pars, iuste puniebatur, ait Abulensis.

2. Quia Deus sæpe abruptim nimium amorem parentum: Cur Abraham Isaacum sacrificatio obstat Angelus, non vero Iephte sacrificanti filiam? quia primus liberrime Deo obtulit filium, alter coacte &c. B. ser. 32. n. 39. & seq.

3. Ait S. Chrysolomus, ad bonum filiorum, quia Deus prævidet eos perverfos fore; infantes ab Herode occisi sunt permittente Deo, alias enim tempore Dominice Passionis in etate adulta citra dubium consensissent in necem Christi. B. serm. 32. n. 40. 41.

4. Quia filii sunt merum depositum Dei: Elias resuscitatum puerum deposuit in cœnaculum. Depositum repeti omni tempore potest. B. ser. 35. n. 16.

5. Ut parentes liberentur ab inordinato affectu: ita Melania perditis marito & filiis ad Christum cucurrit, dicens: nunc expeditor tibi servitura sum. S. punct. 41. f. 170.

6. Ut tentetur virtus parentum: Cur Rachel inducitur plorans & non Lia, cuius filii fuerunt occisi? Respond. quia forori invidit suam felicitatem, intelligens quam gloriosum sit in cæde filiorum tentari. S. punct. 47. fol. 183.

In primo vere arantur agri, non ut jam nunc, sed pro autumno ad semen recipiendum disponantur. Cur tam mature? ut lolium & utrica dum adhuc tenera sunt, eradicentur, & non nimis invalescant. Sic Deus sæpe juvenes abripit in

tenera etate; quia prævidet, si adolescerent, agro Ecclesie nimis essent morticuri, &c.

432. *Non immoderate deploranda est.*

In Episcopatu Leodiensi eruuntur et terra lapides ad ignem idonei, qui vocantur carbones Leodienses. Carbones illi, si semel ignem concipiunt, oleo quidem extinguuntur, sed aqua vires recuperant. VV. art. dicit. font. 48. ex. 10. Sic tu defunctorum animabus, si forte in purgatorio ardeant, non aqua lacrymarum debiles succurrere, quæ nihil prodest, sed oleo caritatis: hoc extinguuntur ignis.

Mater Machabæorum: S. Felicitas: S. Symphorosa, & aliæ Matres intrepide asperunt martyria filiorum. S. Melania, ubi Maritum & duos filios una die perdidit, ad Crucifixum accurrens dixit: Jam expeditus tibi servitura sum Domine; quia tanto onere me liberasti. Taceo exempla Gentilium, Anaxagora & Telamonis semper laudata fuit sententia: sciebam me genuisse mortalem, &c. C. Lev. 21. v. 5.

Pia Matrona Sancto Varo Martyri edificavit templum, rogavitque, ut sibi Deo illud beneficium impetraret, quod sibi esset utilissimum. Paulo post mortuus est unicus illius filius. Comque illa inconfolabiliter fletet, apparuit illi S. Varus, & dixit, hoc esse illud beneficium illi utilissimum. N. 19. 07.

Anaxagoras audita filii morte apud Trojam, reposuit: *Sciebam me mortalem genuisse, & cum ad mortiferum bellum, non ad epulas missus.* Admiranda sunt, hac in re, tam Gentilium, quam Fidelium exempla: Lacana cum filium interfectum bello audisset, dixit: Idcirco eum genui, ut esset, qui pro patria non dubitaret mori, &c. S. Job filius orbatu, respondit: Dominus delicti, Dominus abstulit! Mater Machabæorum, S. Symphorosa, S. Felicitas, S. Sophia & aliæ Matres, quanta generositate Martyria filiorum aspererunt, imo ipse promoverunt, &c. C. Ezech. 24. v. 18.

S. Paulinus solatur Pammachium Ingentem ob mortem uxoris suæ Paulinæ, quæ erat filia S. Pauli. S. Hieronymus consolatur Theodorum lugentem propter obitum mariti sui Lupicini. Moderandus igitur luctus ad exemplum S. Augustini deslens mortem Matris suæ, & aliorum Sanctorum. C. in Eccl. c. 38. v. 18.



Paupertas.

433. *Est beneficium Dei, prodesse volentis.*

**D**eus te privat divitiis, quia forte prævidet te sceleratum futurum: Rebecca omnem movit lapidem, ut sillum Esau hereditate paterna excluderet: Quare? quia vidit hominem esse pessimi generis, qui divitiis in suam perniciem esset abuturus. B. fer. 23. n. 39. Ser. 21. S. 7.

Deus tanquam Medicus hirundinem admovet, ut vitiosus sanguis exurgatur. B. fer. 64. n. 16.

De filio prodigo inquit Chrysothom. fames revocat, quem futuritas expulerat. S. punct. 41. fol. 171.

Eulogius lapidica in tenui fortuna est patronus pauperum, cum autem invento thesauro ad magnam fortunam pervenit, factus est tenacissimus & rapacissimus: permittit igitur Deus ut cum aliis conspirationis reus in crimen vocaretur, quo ille profugus factus ad tenuem suam fortunam rediit, & denuo viscera misericordie induit. P. p. 2. dif. 14. n. 12.

Accipitur sator ad Dominum clamantem non redit, sed famelicus: ita multi, quando in abundantia vivunt, inspirationes Dei non audiunt, libere cadaveribus inhiant: at si egestas premat, tunc ad Deum revertuntur. P. p. 2. dif. 14. n. 19.

Pia Mater imprudenti filio caltrum e manu extorquet, et amisi lamentetur & ploret, ne sibi noceat. Ita Providentia Dei tibi opes admittit, aut negat, quia prævidet illos tibi omni cultro fore nocentiores. Putamus infortunium esse, quod ingens felicitas est.

Sicut paupertas voluntaria est via ad perfectionem; ita & paupertas necessaria talis via esse potest, si patienter feratur; nam æque ac illa tollit materiam vitiorum, parit humilitatem, applicat eorum animum ad studium virtutis, inflammat eorum ad caritatem Dei & proximi, &c. C. Matth. 19. v. 21.

434. *A Deo provenit, non ab infirmo homine.*

Bona a Deo data sunt tanquam depositum: jam si quis depositor mitteret alium hominem, ut repetat depositum, an conquireret? omnino non: cur ergo queris, si proximus tibi damnum inferat, Deus misit. B. fer. 59. n. 21.

S. Job clamat, *Dominus dedit, Domi-*

*nus abstulit: Quid? nonne diabolus te percussit? Non dicit Dominus dedit, & diabolus abstulit, ait August. quia diabolus intuitus est tanquam instrumentum Dei. B. fer. 59. n. 22. P. p. 2. dif. 14. n. 13. Vide Titulum Impatientia.*

Expropter dicit S. Chrysothomus: Si patienter dicat Sacerdos, idem est meritum, ac si in pauperes expendisset. S. punct. 20. fol. 717.

Qui montem sursum scandit, ab omni sarcina se liberare studet. Deus furum ad cælum nos vocat, ideo ut expeditiores simus, sarcinas & impedimenta terrena nobis admittit; regnum enim cælorum vim patitur.

Sed dices: Injustissimus ille Nebulo iniquam licem mihi movit, ille domum meam incendit, instar latronis hereditatem expilavit, &c. Erras. Deus hæc omnia facit, qui in manu habet bona & mala, proximus autem tibi nocivus habet se instar baculi, quo Deus te percussit. *Disciplinam Domini, sili mi, ne ab. Prov. 1. s. f. 12.* monet Sacer. Proverbialiter. Nota Pisces olim excludebantur ab holocausto, non autem aves! Qua de causa? cum lapia projicitur in stagnum, pisces in profundum recedunt. Aves autem ad solum lapidis sursum avolant. Ita si ad modicam jacturam in juramenta & execrationes erumpis, locum in altari Dei non habes. B. serm. 3. n. 32. &c.

435. *Cura habetur a Deo, & Sanctis.*

Christus Dominus adeo commendat curam pauperum, ut ait Nazianzenus, nullum cultum Deo perinde gratum esse, ut misericordiam erga pauperes. Sancti etiam hanc curam pauperum vel maxime sibi commendatam habere: S. August. etiam vasa Dominica ob captivos & alios egestes frangi iussit. Placilia Theodoli Imp. Uxor manu propria fovebat pauperes & infirmos. Accacius Amida Episc. ut pauperes Persas ad septem millia captivos redimeret, vasa sacra vendit, inquitens: Deus non lanceibus, ac peculis eget; quare convenit hæc in ejus militibus dispartiri. C. Deur. 15. v. 10.

S. Exuperius Tolos. Episc. eflurim passus, non se, sed famelicus pavit. S. Dominicus libros vendidit, & pretium in pauperes distribuit. Edditus Senator quatuor pauperum millia aluit. Mira sunt, quæ hæc de re leguntur, de Jodoco Britonum Rege, Leone I. Imp. S. Heimerano Episc. S. Vilibro do, Puella Alexandrina, Carol. Comite Flandr. & aliis. C. Ez. 18. v. 7. Deus

Deus immensa liberalitate, qua sua dona in nos effundit, nos extimulat, quæ ratione in pauperes liberales esse possimus, & debeamus; hinc S. Nazianz. *Nihil tam Divinum homo habet, quam de aliis bene mereri.* Hanc liberalitatem Dei imitari feras jacturam bonorum, idem est meritum, ac si in pauperes expendisset. S. punct. 20. fol. 717.

S. Greg. Naz. ora. de am. paup.

436. *Magni estimatur apud Deum, & homines.*

Paupertas, si bene uti illa calleas, tantam complectitur felicitatem, ut primi Christiani, item Reges, Principes, & homines dissimili illam voluntarie abjectis opibus elegerint. Cur autem paupertatem amplexati sunt? 1. Quia audierunt Christo & Apostolis, illam esse primam, & summam beatitudinem: *Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* 2. Quia e diametro opponitur, & evertit cupiditatem, quæ est radix omnis peccati; nam ex divitiis oriuntur vitia omnia, uti superbia, gula, libido. 3. Quia paupertas liberat hominem a mille distractionibus & curis, facitque ut sit liber & expeditus ad vacandum sapientia, & rebus Divinis. 4. Quia paupertatis merces sunt opes cælestes. 5. Quia facit, ut homo totus Deo adhareat, quapropter vicissim Deus pro illo curam habet, ut necessaria ad vitam illi non desint. 6. Quia Christus Verbum & Sapientia Patris, & cælis interram venit, ut paupertatis pretium & dignitatem suo exemplo firmaret. *Ego, inquit, mendicium sum & pauper &c.* Hoc Christi exemplum secuti sunt omnes Sancti Apostoli, item omnes Christiani primæ temporibus. Monachi, Eremitæ, Sancti Sacror. Ordinum Fundatores, S. Benedictus, S. Bernard. S. Dominicus, S. Francisc. cum innumeris discipulis, etiam ex sexu sequiore. S. Clara adeo amavit paupertatem, ut etiam dispensationem Pontificiam in ea non admiserit. C. in Act. Ap. c. 4. v. 32. Item Matth. 19. v. 21.

437. *Patienter ferenda propter Christum.*

S. Paulinus ait: *In Christo triumphat, qui tantam auferenti remisit & pallium.* S. punct. 15. l. 599.

S. Liberio aliqui fures abigebant suos equos, ille currens post equos monuit, ut

& ferulam secum fumerent; ego enim, ajebat, jam sine equis non illa indigeo. Sanc. 6. par. c. 8. f. 805. Vide etiam f. 795.

S. Illudius Averniensis Episcopus, filiam Maximi Imperatoris a demone liberans respuit ingentia dona, & solum pro urbe Averniensi moderationem præstationum rogat. *Leuct. 7. Julii.*

Christus Dominus non regalem ac commodam, sed pauperem vitam elegit, insuper curam, ac opem pauperum impense commendavit, pauperes ad convivia vocari præcepit, bona illis collata, tanquam sibi data se accepturum promisit, pauperes spiritu beatos pronuntiavit: *Nullus cultus, ait Nazianz. Deo perinde gratus est, ut misericordia erga pauperes.* Hinc omnes Apostoli Christum in paupertate secuti sunt. C. Deur. 15. v. 10.

Nax. de am. paup. orat. 16.

Abbati Anastasio sur quidam codicem abstulit, eumque in urbe quidam vendidit. Abbas igitur Codicem prius exhibit. Abbati Anastasio pro consilio, an tanti valeret? Reposuit Abbas, eum tanti valere! Emens igitur in furiis perit, qui penitentia ductus restituit Codicem Abbati admiratus ejus patientiam. E. Verb. Furtum n. 7.

Senex quidam suribus cellam ejus de prædantibus, dum abiret, revocatis, indicavit, quod sacculum in sua cella secum fumere oblitus esset. E. Furtum num. 8. Vide Tit. Paupertas Religiosa, Lib. 5.

438. *Felicitur est divitiis omnibus.*

¶ Christus Dominus in mundum veniens veritatis, & virtutis Magister, non divitem, sed pauperem vitam elegit, a stabulo usque ad crucem pauperissimus. Divitias autem despexit, cum a Judæis in Regem eligi vellet, in montem aufugit.

Progenitores elegerit pauperes; inter veteres Patriarchas Jacob ad Laban fratrem Matris suæ abiens in baculo transivit Jordanem, ad Pharaonem loquens peregrinum se attulit super terram. David inter fratres minimus & opilio fuit, ipsa Sanctissima Dei Mater non Dominam, sed ancillam se nuncupavit.

Affectus & Apostolos de statu paupertatis piscatores assumpsit, cum cæcis, claudis, & pauperibus conversatus esset. Contra divitias Herodis & aulae ejus nec verbo dignatus est, quia contemptus factum eorum. Divitias nunquam commendavit, juveni autem interroganti, quomodo vitam æternam consequi posset, suasit: *Vade, vende omnia.* Divites nunquam beatos dixit, sed

pau-



pauperes primo loco: *Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Et revera, res se ita habuit! quis enim felicitior, Dives Epulo, an pauper Lazarus? certe iste, non ille! Lazarus enim post mortem ab Angelis translatus est in sinum Abraham, Epulo damnatus ad flammam: ille omnigena felicitate fructus est, ille ne guttulam aquæ habuit ad aridam linguam refrigerandam, sed nunquid etiam Reges & divites salvati sunt? Omnino! verum isti pauperes spiritus facti, omnem affectum divitiarum perfecte abjicere debuerunt, &c. &c.

## Desolatio animi.

## 439. Quomodo excipienda.

Imprimis homo Christianus in desolatione animi caritatem spiritus Dei presentiam semper ante oculos habeat, certusque sit, quod sicut Christus ultra lapidis jacum a discipulis non abiit; ita Deum, dum maxime abesse creditur, e propinquo esse. B. ferm. 49. n. 21.

Deinde nullum pietatis exercitium, alias consuetum, omitat. Bananus Heros laudatur, quod etiam gelido, seu hyemali tempore, dum manus gelu rigeabant, leonem vicicit. S. punct. 33. f. 747.

Puffillanimitatem, aut tepiditatem in animum nullam admittat, benignarum, & secum cogitans, consolationes supernas esse donum Dei gratuitum, & nemini debitum: *Qui estis vos, qui tentatis Dominum, si intra quinque dies non venerit auxilium?* Hi sunt, qui moram faciente Domino patientiam nullam tenent, ad consolationum culum mundi recurrunt, &c. S. p. 33. f. 746.

A recreationibus mundi, ab usu & potu delicato, aliisque distractionibus magis, quam alias abstineat, & sic Deus benignior redibit. Deus Moysi exultanti, & oves patienti apparuit, quod non accidit ei, quamdiu nutriebatur in aula Pharaonis &c.

Plena liberalitate se in Divinam voluntatem resignet, memor, Christum in horto Getsemani ad mortem usque tristem, & in Calvario monte a Patre derelictum fuisse. Hujus derelictionis compassione sapius dicat: Domine fiat voluntas tua, &c.

## 440. Permittitur a Deo ad merita augenda.

S. Bernard. ait: Dux lectio amoris fuit, dulcoris, & doloris. O adesse, &

abesse! primum ad majus solatium, secundum ad majus meritum: presentia jucundior, absentia utilior. In presentia desolatur anima cum Deo: In absentia delatatur Deus in anima. Lohner titulo Caritas Dei, fol. 240.

Paulus, Job, Sponsa in Canticis derelictionem magnam experti sunt ad augmentum meriti. S. punct. 33. f. 745.

Joann. de Avernina miris consolationibus a Deo confortatus dein triennio profecere cepit. Verum apparuit illi Christus, & quamvis ter illum in silva transierit, tandem tamen sacratissimum pectus illi ex oculandum dedit, & obtuspeccandam Divinor. scientiam infudit. E. Tribulatio n. 3.

Quando populus Israel maxima afflictione affigebatur in captivitate Babylonica, plures habuit Prophetas, quam tempore Salomonis, quando floruit in maxima prosperitate; nam Jeremias fuit in Judæa, Ezechiel & Dan. in Chaldaea. Ita Deus pro homine constituto in desolatione & afflictione, videtur magis esse sollicitus, quam cum vivit in consolatione, & delictis animi.

S. Job post afflictiones, persecutiones, agritudines, & jacturam bonorum omnium, postea a Deo magis ditatus est, quam unquam antea. Ita multi desolati & ærumnosi videbunt cum tempore, quod in afflictione majora collegerint merita, quam in prosperitate. Hinc S. Catharina Senensis elegit spineam coronam præ aurea, & omnibus Sanctis minus suspecta fuit afflictio, quam prosperitas &c.

## 441. Non debet post se trahere tristitiam.

Viri sapientes & Divini non debent immoderate lugere de ærumnis hujus vite, quia mens sapientis in celo & Deo desixa est, & nihil curat respectu celestium & inferorum, præsertim cum hæc tristitia nec sibi nec aliis sit utilis, sed potius damnosa, & noxia, quia auget & duplicat calamitatem. *Tristitiam longe repelle a te,* ait Ecclesiasticus, *multos enim occidit tristitia, & non est utilis in illa.* Et Cassianus: *Omnis tristitia, præter illam, que est de penitentia, equaliter repellenda est, ac spiritus fornicationis &c.* C. Ezech. 24. v. 18.

S. Hermi Episcopo apparuit Angelus, dicens: Tristitia est omnium spirituum nequissimas: sicut acetum & vinum, ita tristitia & Spiritus Sanctus non conveniunt. C. Ezech. 24. v. 18.

Tristitia est carnificina; multos enim occidit; cum ergo nolis esse carnitæ a-

## Tentationes.

E. Antioch. hom. 25.

lorum, cur tuus ipse vis esse? B. Antiochus ait: *Tristitia vermis est cordis, suammet exedens matrem instar viperæ.* Et S. Chrysostomus. *Tristitia Deus nobis indicit propter solum peccatum.* C. Eccli. 30. v. 25.

Quæres que sint remedia tristitiæ? Primum est, communicatio & societas iustus. Secundum, mens & ratio sapientis. Tertium, tempus, quia diuturnitate decrevit. Quartum, Patientia, & oratio. C. Eccli. 30. v. 25.

Tristitia tinæ & vermi comparatur; sicut enim tineæ vestem, & vermis lignum corrodit; ita tristitia cor, & spiritum absumit, &c. C. Prov. 25. v. 20.

## 442. Prodest homini variis ex causis.

S. Bonav. de proc. off. Relig. Proc. 7. c. 21.

S. Bonavent. ait, desolationes prodeste. 1. Ut homo discat etiam de minimis beneficiis gratias agere, minimas culpas cavere, & adversa quæque patienter ferre. S. p. 33. f. 747. 2. Ut homo humilietur. 3. Ut a peccato purgetur. 4. Ut in gratia emulsiore fiat. 5. Ut Deus studiosius queratur. 6. Ut meritum augetur. S. p. 33. f. 748.

Gerson de Myr. The. pract. conf. 6.

Gerson complures hujus subtraktionis causas assignat. 1. Ad superbiam retundendam, vel cavendam. 2. Ad desiderium vehementius inflammandum. 3. Ad cognitionem propriæ fragilitatis. 4. Ut induat viscera pietatis super aliorum desolationem. 5. Ad satisfactionem per dolorem illum sensibilem. 6. Ut possit alios juvare. 7. Ut experientia edocuit virtutes ceteras melius discat, & doceat. 8. Ne deserat pro hac dulcedine Dei iussa. 9. Ad punitionem venialium. 10. Ut intelligat non haberi hæc propria industria, sed Dei miserationem. 11. Ad purgationem, & exercitationem. 12. Ut paratus sit absque stipendio consolationum Deo servire. 13. Ne incipiat dona Dei pro Deo diligere. 14. Interdum ad conservationem corporis, ne in gemitibus & dulcedine sensibili deficiat, &c. &c. S. p. 33. f. 749.

In desolatione hoc solatium capiat Christianus, quod Providentiæ quasi dextera a Deo, juxta voluntatem ejus deducatur, sicut electus olim populus, etiam necessario pane & aqua destitutus, aliiisque, quæ solatio & oblectamento esse poterant, in deserto Deum secutus est. S. Isaac. Sa. Direct. p. 3. c. 7. §. 7.

## 443. Preveniende, antequam invalescant.

David cum gigante pugnaturus festinavit: Cur? ne nimis propinquus accederet Goliath: Lyranus: *Festinavit David projicere lapidem antequam Philisteus esset sibi nimis propinquus, quia talis ille fortior est aliquantulum a longe.* B. Ser. 9. n. 22. Serm. 36. n. 24.

Incidio statim succurrit: Gangrana statim absconditur: rima muri statim reficitur &c. B. ferm. 42. n. 1.

Pharao pueros Hebræorum, statim suffocari jussit, ut nati sunt, ne in viros bellicosos excreverant. S. p. 11. f. 50. seq.

Caput Serpentis contendendum est, id est initium tentationis. C. Gen. c. 3. v. 15.

Omnes gentes & Republicæ bene ordinatæ juventutem suam in armis exercere, & ad bella instruere satagunt: Ita Plutarchus præcipit: *Exercitandi sunt liberi ad certamina militaria, jactandis arcum tractandis, & venandi perita inter se certantes.* Parem in modum in bello spirituali prævia exercitatio necessaria est, &c. D. 11. 39.

*Nolite locum dare diabolo.* Locum dant, qui rimam aperiunt, qua se infuset, qui dant accessum per auditum, per visum prout Eva fecit. Non solet quidem diabolum totum cor petere, solum petit locum, sed vae si dederit; quia nunquam acquiescit modico, mox a modico ad multum procedit, primo vult scire prohibitionem a Deo factam, dein suspectam facit, tum damnat, demique persuadet, in novissimo mordet ut coluber. Segn. Manna 21. Jul. 2.

*Sobrius esto, & vigilare,* sicut ille, qui insidias morit, cautus & attentus est; sic Christianus contra insidias diaboli vigilare & sobrius esse debet: *Vigilare* pertinet ad animum, *sobrius esse* ad corpus; quia sobrietatis promovet vigilantiam: duplicata igitur industria preveniendæ tum tentationes, corpore, & animo. Segn. Manna an. 5. Sept. n. 1.

## 444. Etiam levés repellendæ, ne crescant.

Pompejus expugnaturus urbem Tuceensem petiit, ut infirmi milites in urbem reciperentur: recepti viam fecerunt aliis, & urbs expugnata est: ita dræmon, dum aperta vi servos Dei superare non audeat, quasi languentes cogitationes mittit. S. punct. 11. fol. 49.

Plutarch. 1.8. de leg.

Eph. 4.

Vc.



*Mich. 2.* *Ve qui cogitatis inutile!* Cur vix intentatur propter inutile cogitationem? an non enim illud vix infernum denotat? Respondetur ab inutili cogitatione paulatim venitur ad iniquam &c. S. punct. 21. f. 49. & seq.

*Eph. 4.* *Nolite locum dare diabolo.* Quomodo locus ille non datur? si mentem teneat sanctis cogitationibus occupatam: cum sentis tentationem non responde, sed cogita feretrum in quo aliquando iacobis, cogita futurum iudicium, cogita penam, & dic: *Fiat Domine cor meum & corpus meum immaculatum, ut non confundar.* &c. Segn. *Manna 21. Jul. n. 3.*

Diabolus non statim incitat ad peccatum, sed graditur perambages: Evam interrogavit: *Cur præcepit Dominus, ut delibenter faceret, imo credibile est, quod alios discursus indifferentes præmiserit.* Debuisse Eva omnino non colloqui cum demone, vel saltem præceptum nunquam examinare. C. Gen. 3. v. 1. Vide Tit. *Cura minorum.* Lib. 6. Tit. *Virtus.*

Non semper pugnae cruenta dantur in bello, sed etiam quotidiana velitationes, quibus sæpe magis debilitatur, & atteritur exercitus, quam integra strage. Necessè igitur est, animum semper esse paratum tam ad velitationes quotidianas, quam ad prælium internecinum, & hinc semper principia fidei defensiva in animo ferenda: *Cui respicite sortes in fide.* Talia principia sunt: Veram sapientiam esse, placere Deo! unum esse negotium in terra, fervare animam suam, Christum ad esse spectatorem certaminis, & que sunt similia. Segneri *Manna 5. Sept. n. 4.*

445. *Vincuntur per orationem, & merita Christi.*

David semper fuit victor: in bello, quia semper præstitit orationem. S. p. 31. f. 135.

*Num. 23.* Jacob oratione contra Amorrhæos prævaluit: David contra Goliath, Ezechias contra Persas. Rex Balac Moabitæ, cum populum Israël contra se venire audiret, invocare ad se studuit Prophetam Balaam: Cur? ut Israelitæ non haberent, qui pro ipsius oraret: ita demon statet impedire orationem. S. punct. 31. f. 135. 136. punct. 37. f. 161.

Christus Dominus ipse tentari voluit, & quidem statim post Baptismum 1. Ut doceret, neminem intentatum, regnum Dei consecutum. 2. Ut ostenderet nullam tentationem esse insuperabilem, sed omnes vinci gratia Dei a se aspirata. 3.

Ut doceret, suos sequaces tentationibus probari, & oratione firmari oportere. 4. Ut suo exemplo nostras tentationes vinceret, & confidentiam in nobis excitaret, in tentationibus ad ipsum confugiendi. C. in Matth. 4. v. 1.

Sicut viator videns feras in arbore ascendit, ut eas evadat, ita homo videns tentationes irruentes confugiat per orationem ad Deum; & salvabitur, sicut enim aqua extinguit ignem, ita oratio extinguit tentationem, &c. C. Eccl. 2. v. 3.

Post manna Hebræi pugnaverunt contra Amalec, & vicierunt, cum antea solus Deus pro eis pugnavisset contra Ægyptios: sic vitæ caelestis impedimenta, & tentationes, quas non nisi solidioribus objici patitur Deus, Eucharistia virtute superantur. C. 1. Cor. c. 10. v. 3.

446. *Non omnes vincuntur aequaliter.*

*Benedictus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium.* Est enim magna ars, pugnare contra tentationem. Aliter pugnandum cum Goliath, aliter cum Berisbaza. Hinc toties vincit demon, quia artem recte pugnandi ignoramus. S. p. 22. f. 137.

Artem pugnandi bene calluit Job: contra demoneum fletit infraclus, quia de patientia erat tentato: contra Virginem autem pepigit scelus cum oculis, ut ne cogitarent quidem. S. p. 32. f. 138.

Elias Achabum non fugit, sed Jezebelem. S. p. 38. f. 140.

Præsertim autem cavendum, ne cum tentatione disputemus: ita enim decipit demon disparentes: *Cur præcepit vobis Dominus?* Ecce! ab interrogatione incipit, ut mentem mulieris exploret. Quæ respondit: *Ne forte moriamur.* Dein affirmat: *mulier dubitat: demon negat.* &c. S. p. 37. f. 161.

Omnes autem tentationes indiscriminatim vincuntur, cum Patri spiritualia percipiuntur: tentator enim totam vim tentandi collocat in arte, quæ ubi detecta fuerit, nulla est: *Capite nobis vulpes parvulas,* ubi Bernardus jubet deprehendi vincti, prodi, &c. S. p. 35. f. 154.

Climacus dicere solebat, qui tentationes suas occultat, demonis ova fovet, & parit Basiliscos: Et Abbas Moyses: Qui Serpentem e tenebris educit, vincit. Ideo Paulus missus est ad Ananiam, ut illi animum aperiret. Sanchez 4. pa. c. 7. fol. 328.

447. *Ma-*

447. *Magis molestant fideles, quam infideles.*

*Ex. 2.* *Fili accedens ad servitatem Dei prepara animam tuam ad tentationem:* Ubi Cardinalis Hugo: tanto acrius insurgit diabolus contra eum. S. punct. 34. fol. 148.

Jesus tunc tentatus est cum secessit in eremum: ita Christianus cum secessit ad bona opera. S. lb. fol. 149.

Dæmon comparatur bovi, non equo: Cur? quia boves non comedant fenum immundum, sicut equi: ita demon mundas animas devorare vult. Israelite in Masphat (id est *Judicium*, locus poenitentia) Philistæos & Tyrios hostes expecti sunt. S. punct. 34. fol. 149. & seq.

Præsertim in principio conversionis fideles acrius tentantur ex variis rationibus. 1. Quia talis recedit a servitute diaboli, indignantis, se suo jure herili privari, adeoque eum, ut servum fugitivum persequitur, tentatque ut ad sua castra eum reducat. 2. Quia vitia cuncta eum impugnant, adeoque cum concupiscentiis omnibus sibi innatis, & indulgentia prioris vitæ adausis, ei dimicandum est: *Ernas frater,* ait S. Hieronymus, *si putas unquam Christianum persecutionem non pati.* C. Eccl. 2. v. 1. &c. 3. Quia socii, & amici videntes se ab eo, qui pie statuit vivere, deseri, in eum insurgunt, sicut Ismael infurrexit in Isaacum, Esau in Jacob, fratres in Josephum, &c. C. Eccl. ibidem.

Certum est illud: *Omnes, qui pie volunt vivere, persecutionem patientur,* sive a cognatis & amicis, sive ab infidelibus & hæreticis, sive a demone per varias tentationes. C. 2. Tim. v. 12.

Sed quæres cur Dominus Deus fideles sed patiatur tentari, quam infideles? Inter alias rationes ea est, ut discant tentati, qui similes animi vexationes patiuntur, auxilio, & consilio adesse. Si cur illi, qui sæpius interfuerunt præliis, optime norunt eorum pericula, ac remedia, atque proinde optimi sunt Duces; ita qui sæpius cum demoniis colluctati, tentationes superarunt, optime norunt, possuntque alios modum conflegendi, & superandi edocere, uti fecerunt S. Antonius, S. Hilariion, S. Macarius, Arsenius & alii. C. Eccl. 34. v. 9.

448. *Quomodo dignoscende sint.*

S. Bernardus præscribit quasdam regulas dignoscende tentationes. Si mollia tibi *D. Claus spicil. univers. Pars II.*

proponuntur, ait, spiritus carnis est: si vana: spiritus mundi est: si amara, spiritus nequitia est. S. punct. 35. fol. 153.

Richardus a S. Victore ait, quod sepius sit tentatio: Importuna, dubia, subita, occulta, violenta, fraudulenta, perplexa &c. S. punct. 35. fol. 153. Idem habet S. Bernardus apud C. in Gen. c. 3. v. 1.

Interdum proponuntur a demone sub specie necessitatis: O quot sensualitates putantur esse necessarias! Quæso, ait tentator, ne tam austerè vivas, necesse sanitati, & sic non poteris prope servare Deo! sic deceptus est Propheta a Pseudopropheta, ut famem sedaret. S. punct. 35. fol. 151.

Similiter demon sæpe decipit sub specie pietatis: Sic Saul Regem delatit sub specie Religionis, ut reservaret pecora necessaria ad holocaustum, quod revera fuit avaritia. Protoparentibus sub spe & desiderio divinitatis persuasit, ut comederent fructum vetum. Quid agendum? Patri spirituali hæ omnes illusiones sincere sunt aperienda. S. punct. 35. fol. 151.

Tentavit Deus Abraham, ut ejus virtutem, & obedientiam aceret, perferret, & coronaret: E contra demon tentat obliciendo illecebras, ut pertrahat hominem in peccata, & gehennam. C. Gen. 22. v. 1.

449. *Generose vincuntur a Sanctis.*

Ille juvenis, dum aliter non potest, linguam præmordet, & in vultum procaciam feminæ expulit. S. Vincentius Ferrerius demones expellit, quia puelle turpiter se nudanti resistit. S. Philippus Nerius scammio vapulat, quia feminæ pellicientis non consentit. S. punct. 26. fol. 157.

Sanctus Job, Tobias, Monica acerrime tentantur, & tamen gloriose vincunt. S. punct. 26. fol. 158.

B. Elisabetha Ord. S. Dominici cum vellet ingredi Monasterium, minatus est illi diabolus: *Iret! audeat ingredi!* se mille molestias illi causaturum. Ad quod Elisabetha! Evax! videamus, an sis prævaliturus. Nec defuit suis munitis demon, in anno probationis illam culicibus, & pediculis, post professionem morbis & infirmitatibus vexavit, ita ut ab omnibus despicatari haberetur. Sæpe illa in lectulo viperas, & bufones invenit, sæpe a demone flagellata fuit. Sed tandem a malis omnibus liberata in agone jubilare coepit. *Ephem. Dom. 14. Jan.*

S. Maria Ægyptia septendecim annis in pura, dein septendecim annis in eremo tentationum victrix fuit, quod e comitabilis *N* *ed,*



est, quo certus, quod homo in eo genere peccati, in quo aliquando cecidit, fit fragilior, & dæmon tentans fortior. C. Eccli. c. 2. v. 1.

S. Paula in tentatione generosa, & hilaris cantabat: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? &c. C. Eccli. c. 2. v. 3.

Tob. 3.

Cur autem permittit Deus sanctos tentari? Causa exprimitur in Tobia, de quo dicitur, quod Deus illius tentationem permittit, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus.

450. Non nocent, nisi volenti.

Dæmon tentans Christum suadere potuit, impellere non potuit. Goliath Davidem dilacerare non potuit: sic alligatus canis est dæmon. S. punct. 36. fol. 156.

Dæmon omnino imbecillissimus, debilis, enervatus, & contractus: sicut Dagon de columna lapsus contractus est, ita dæmon lapsus de cælo, &c. S. punct. 36. fol. 159. & seq. Vide etiam Tir. Dæmon.

Multi conqueruntur contra tentationes, & tamen ipsi eas accerunt. Monachus gravissime conqueritur apud Abbatem Afollo de tentationibus: Abbas dum pro eo Deum rogat, jubetur explorare, quid Monachus in sua cella agat: videt ergo Dæmonem illi addare in forma mulieris, quam Monachus continuo considerabat. Monet ergo Monachus per Angelum, hunc non esse modum vincendi tentationes: legeret in libro, flagellare se, non consideraret formam mulieris &c. Petr. Sanchez 2. p. c. 1. fol. 62.

Tentationes ex se male non sunt, ut bona vel mala sint pendet ex arbitrio tentati. Lapis in igne albescit, ut videre est in calce; quia sua duritie igni resistit: e contra lignum denigratur, quia igni cedat: Ita qui tentationi resistit coram Deo dealbatur, & purificatur. Qui vero tentationi cedit, niger & peccatis fordibus efficitur.

Imo tentationes, & tribulationes non tantum non nocent, sed insuper profunt, quia æterna gloriæ pondus operantur in cælis, juxta illud: Per multas tribulationes oportet intrare in regnum Dei. Christus ipse in mortem iturus Apostolicus edixit: Vos estis, qui permanistis mecum in tentationibus, & ego dispono vobis regnum, nec edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. C. Eccli. c. 2. v. 1.

Multi sancti non erant tristes, sed letabantur de tentatione: sic quidam Senex, cum vidit discipulum graviter tentari de fornicatione, dixit: Si vis O fili, depre-

cor Dominum, ut auferat a te istam impugnationem! iste autem reluctans est, reponens: Abicit hoc! sentio ex tentatione in me fructum, quia amplius jejunio, & amplius vigilo! sic S. Ephrem in pace & tranquillitate rogavit Dominum, ut sibi restitueret pristinas tentationes, in non perderet materiam merendi, & augendi coronam suam. En! qui sancte novit tradere tentationes, non metuit nocumentum, sed sperat meritum! &c.

Tentationes ex se non nocent, sed magna commoda ferunt: 1. Quia Deus per tentationem explorat virtutem tentati: *Vasa figuli probat fornax, & homines justos tentatio: sicut ergo vasa figuli, sifensum & intelligentiam habent, apperent, igne excoqui: ita justus, gratia Dei suffulso potest tentationem cupere.* 2. Tentatio est eos virtutis, & agorem Dei exacuens. 3. Hominem in humilitate, & timore Dei continet, ne sapere incipiat in securitate. 4. Est stimulus spei, & orationis; cogit enim hominem periclitantem, ad Dei gratiam implorandam confingere. 5. Deum quasi cogit, ut presens aditet tentato, & eum protegat, ac confirmet. 6. Tentatio amplissima præmia vincendi offert: *Qui vincit, facium Apoc. 1. eum columnam in templo Dei mei.* 7. Mentem mire illuminat, nam, qui non est, &c. Eccli. 4. Hilarion, S. Ephrem, & plures alii per tentationum victoriam magni coram Deo effecti sunt. C. Jac. 1. v. 1.

451. Non sunt formidanda.

Sanctus Paulus conqueritur de stimulis carnis, sed audit: sufficit tibi gratia mea. S. punct. 36. fol. 157.

*Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod possitis.* En! fidelitas Dei, quam promisit nobis in baptismo, dum in suos milites inauthoravit, exigat, ut succurrat. Hinc statim occurrit, si nos a tentatione opprimi cernat. S. punct. 36. fol. 158. punct. 39. fol. 157.

De quibusdam in Apocalypsi narratur, quod visa bestia statim illam adorant, dicentes: *Quis poterit pugnare cum ea?* Quinam erant illi? Respondeo quorum nomina non erant in libro vitæ. Sic multi hodieum de excusant. Ille impotens iræ, alius affectus impudicitia, dicunt: Non potui resistere. S. punct. 36. fol. 158.

Quidam timent, cum venit tentatio, se iam proximos esse lapsuri, sed errant: si bene uti possent tentatione, hæc illis eederet in

in preservationem a peccato. Loquente Moysè cum Deo, audit populus terribiles voces ac sonitus, viditque montem fumigantem, & timuit: Moyses autem dixit illis: Nolite timere! venit Deus, ut terrorem illius esset in vobis, & non peccaretis.

Exod. 26.

Ef. 35.

Jac. 1.

S. David adeo non formidavit tentationes, ut illas ipsemet a Deo peteret: *Proba me Deus, & tenta me!* Idem exprimitur per illud Jacobi: *Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis.*

In tentatione Dominus Deus paratus est nobis venire in auxilium: ita Christus dixit ad Petrum: Ecce Satanás expetivir vos, ego autem rogavi pro te!

Gaudete cum in tentationes varias incidistis! Sed Quare, quomodo liceat gaudere in tentatione v. g. concupiscentiæ, cum Christus jubet eam deprecari, *Etenim nos inducas in tentationem.* Respondeo: Christus id jubet orare, ut non consentiamus in tentationem: de cetero ait S. Bernardus: *Molestia quidem est lapsus, sed fructuosa, quia si habet penam, habebit coronam: non nocet sensus, ubi non est consensus.* Deinde licet oporteat fugere, & deprecari tentationem ob periculum lapsus, ex humili agnitione nostræ fragilitatis, tamen posito, quod Deus eam velit nos pati, subeunda est cum gaudio, ut voluntati Divinae nos conformemus, & ut deum, qui eam suscitavit, fortius prosequamur; nulla enim re ita vincitur Deus, quam læticia spiritali. Denique est tentatio, quatenus sollicitat ad peccatum, appetibilis non sit: est tamen quatenus est materia lætæ & victoriæ: hinc Deus, *Proba me Deus, & tenta me!* Tentatio enim grandia bona confert. C. Jac. 1. v. 1.

Ef. 35.

Jac. 1.

452. Afferunt animæ varias utilitates.

*Omne gaudium existimate fratres, si in varias tentationes incideritis.* Est communis sensus Sanctorum, nihil esse pretiosius quam pati, & tamen, ubi invenitur quis, qui vestram tabulam appendat, quia vitium, auditum perdidit? Quis est, qui peregrinationem instituat, quia lite occidit, aut monere exutus est? Id tamen deberet fieri, quia ejusmodi tentationes multa bona afferunt animæ, & quidem bonum honestum, utile, ac delectabile, &c. Segn. Manna 28. Febr. n. 1. & seq.

Tentationes quodammodo sunt necessariæ, ad varias utilitates. Paoletti Dom. 1. Quadragel.

Diabolus per suas tentationes nos vult

perdere, & Deo dissonante ipsidem nobis prodest ad salutem. Paoletti Dom. 1. Quad.

Juvenis tentatus cogitationibus impuris semagrat jejunia, preces, alique bona opera. Cum ergo senex peteret, an pro eo a tentationibus liberando oraret debere, noluit juvenis; quia, ut agebat, sentio me ex tentationibus proficere. E. Tentatio nu. 4.

P. Antonius a Monte Sicardo Capucinus a Christo accipit pignus salutis, inscriptus in librum vitæ: paulo post, ne superbi-ret, ille jam senex acerimism carnis tentationibus oppugnatur, ita ut tentatio videretur intolerabilis. Paucis post diebus purgatus in cælum abiit. T. num. 208.

S. Chrysofostomus ait: *Pro Christo pati s. Chryf. immus est majoris admirationis, quam mortuos excitare, & signa miranda patrare; Philipp. nam illic Christo debitor sum, hic vero debitor habeo Christum.* C. Eccli. c. 2. v. 3.

Omnes homines triplici ratione tentantur, ait Cassianus, plerumque ob tentationem, nonnunquam ob emundationem, interdum ob merita delictorum. C. Eccli. 2. v. 5.

Cass. coll. 6. ca. 11.

453. Quomodo accipiende sint, &amp; superanda.

Tentationes considerari possunt ut meræ probationes, & ut seductiones. Primo modo Deus virtutem nostram periclitatur, & si nihil continent mali, quia Deus dat quidem cani facultatem latrandi, non vero mordendi. Secundo modo etiam patienter toleranda sunt, non quatenus insistant ad malum, sed quatenus sunt materia certaminis &c. Segn. Manna 28. Febr. num. 4. 5.

Cum Imperator Caligula in templo suam Statuam collocare vellet, Jerosolymitani, stendo, clamando ejulando tantæ impietati resistere: ita cum diabolus in corde erigere vult isolium, stendum, ad Deum clamandum, contra nitendum est. P. p. 2. dif. 4. n. 9.

Frater quidam in messe & laboribus dure habitus, nec cibum nec potum a fratribus recepit: semper tamen Deo gratias egit. Et ecce! quidam ostium pulsans addidit Camelum panibus onustum: quod videntes fratres illum amare & estimare ceperunt. Non est expeditior modus vincendi tentationes, quam gratias agendo Deo pro illis. C. Exod. 14. v. 14.

In tentatione dirige recta cor tuum ad Dei legem & voluntatem, nec illud permittit ad dexteram aut sinistram flecti. Remedium ad hoc est 1. animi ad tentationem præparatio. 2. Animi depressio & humilitas; hac enim sub potenti manu Dei,

N 2 Dei,



Dei, homo proficitur suam infirmitatem ad resistendum, adeoque tacite postulat opem & gratiam Dei. 3. Est sustinentia & patientia, quia, ut ait Seneca, *civis dolori remedium est patientia*, 4. Est audire consilia, & consolationes tum ex Scriptura, tum a Viris spiritualibus, quomodo tentans in tentatione se gerere debeat, &c. C. Eccl. 2. v. 2.

Ad omnes tentationes vincendas sufficit Christiano hæc una recordatio, quid sit filius Dei per gratiam. Alexander Magnus utile sibi fuisse testatur, quod habitus fuerit Jovis Ammonis filius; non enim repugnare illi quisquam audebat, quem crederent esse Deum. Sic homo Christianus meminerit se esse Filium Dei, prout vere est, ideoque, quo verior, eo acrius eis debet esse stimulus ad omnem virtutem, & ad heroica, imo Divina opera.

Audi S. Cyprianum: *Nungquam humana opera mirabitur, quisquis se cognoverit filium Dei*. Cum ergo sollicitus te caro, responde: *Filius Dei sum! ad maiora natus sum, quam ut me ventris mancipium efficiam*. Cum te tentat Mundus aurum & opes ostendendo, responde, *Filius Dei sum, celestibus opibus destinatus, indignum ergo est, ut terre albe, aut rubre punctum consider*. Cum te invadit demon honores, & pompas promittendo, responde: *Vade Satanas! absit, ut me efficiam filium diaboli, qui filius & heres sum Dei! &c.* Sic difces ardua & Divina opera operari, qualia Christus, qualia Sancti peregrunt. C. in Ep. Joann. c. 3. v. 1.

454. Sunt probationes hominis.

Nocturni fures ut sciant inter medias tenebras, quid rerum in hypocausto sit suis furibus conveniens, solent arenam circa circum jacere, & ex pulsu ac tongo, qui ex arena illius resultat, facile agnoscunt, ubi sit lignum, metallum, vitrum &c. ita ex tentatione facile dignoscitur, quem tonum animus referat, an sit durus instar metalli, aut fragilis instar vitri, &c. D. 6. 25.

Abrahæ fides, seu fidelitas erga Deum fuit decies tentata. 1. Cum iustus est relicta patria ire peregrinus in alienam terram. 2. Cum ob famem iustus est exul ire in Aegyptum. 3. Cum ei ablata est uxor a Pharaone. 4. Cum ob iurgia famulorum coactus est divertere a Lor, quem quasi filium amabat. 5. Cum quatuor Reges de bellavit. 6. Cum Agar, quam uxorem duxerat, impulsu Saræ e domo ejecit. 7. Cum Senex iustus est, circumcidi. 8. Cum

per Regem Abimelech ablata illi est uxor. 9. Cum rursus Agar cum Ismaele e domo expulit. 10. Cum iustus est immolare filium Isaac. Cumque in his omnibus tentationibus inventus est fidelis, constitutus est Pater credentium. C. Gen. 22. v. 1.

Abbas Orsitius ait: sicut later crudus statim aqua dissolvitur, igne vero coctus duratur, ut lapis; sic qui non est igne tentationum decoctus, ut Joseph, mox aqua tribulationis invenitur, & liquefit. C. Eccl. c. 2. v. 1.

S. Antonius acriter a demonibus tentatus, post sustinentiam videns JESUM, ubi eras, inquit, O Bone JESU, ubi eras? Quare non adfuisi, ut sanares vulnera mea? Et vox ad eum facta est, Antoni, hic etiam, & expectabam videre certamen tuum! Nunc autem, quia viriliter pugnavi, semper auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari. C. Eccl. 2. v. 3.

Persecutiones.

455. Sunt beneficium Dei, ad virtutum promovenam.

Alios tibi homines Deus ad latus posuit, ut sint sculptores, qui in te efforment imaginem Christi. Sunt virga, qua Deus te percutit, si pulverem ire crucias, tibi imputa, non virge. Siquis te moneat, baculum, cui inniteris esse fractum, nonne beneficium tibi præstaret? En! aliorum hominum inhumanitas, & ingratitude monet te, ut humanis auxiliis non innitaris. B. Ser. 33. n. 25. & seq. Ser. 59. n. 20.

Sevate mihi puerum Absalon, ait David, quare? quia eum intuetur ut instrumentum, quo sua patientia expolitur. B. Ser. 59. num. 20.

Job in fineto ad omnibus illuditor & conspuitor, & tamen tanto gloriosior est. S. punct. 106. fol. 308.

Christus Dominus in hac terra ambulans teneritone amabat peccatores: his conversabatur, hos secum circumduxit, Petrum Joannem in Primatu Ecclesie prætulit, mille beneficia in infirmitatibus illis præstitit, &c. Et cur? quia erant causa sue Passionis ac mortis, per quam gloriam suam meruit. Voluit ipsis quasi compensare beneficium, & tu extreme odisti persequentes te?

Flores odoriferi, & præteritum rosa, si iuxta foerentes capas, & graveolentia alia inhiumentur, telle Theophrasto odoratores evadunt. VV. Arr. difco. Font. 1. Ex. 34. Ita Christianus, si vicinum habeat malitosum, & ab eo persecutiones potitur, debet tanto intensiorem virtutum odorem spirare. S. Sca.

Secta Mahumetana per bella & sanguinem: Ariana per fallacias & imposturas: Luthera per voluptates, & infructuam libertatem: at fides Catholica & salvetica per perfectiones & martyria crovit; hinc antiquum illud axioma: sanguis martyrum semen est Christianorum.

Persecutio, & tribulatio avellit nos ab hoc saeculo, est signum filiationis Dei, assimilat nos Christo &c. C. in Ep. Jac. c. 1. v. 2.

456. Sunt accipiendæ tanquam venientes a Deo, non ab homine.

Job 1.

Sanctus Job in adversis ajebat: *Dominus dedit, Dominus abstulit*: Ubi S. Augustinus: Non dixit Dominus dedit, diabolus abstulit, aut Sabai abstulerunt, &c. *Assur virga furoris mei*: Homines igitur persecutores sunt virga Dei; canum est virgam mordere, qua caduntur, aut lapides, quibus petuntur. S. punct. 117. fol. 359. M. conc. 27. aff. 1. n. 3.

Sanctus Rex David maledictiones Semei adscribit voluntati Dei. C. Gen. c. 50. v. 19.

Arnoldus ait: Triplex bonum latere sub persecutionibus: expunguntur peccata, humilitas promovetur, augentur merita. Cur Joseph iustus fratribus pecunias reddi? Philo ait, ut eis compensaret beneficium persecutionis. Cur Stephanus pro persecutoribus oravit? ut compensaret beneficium persecutionis. B. Ser. 33. nu. 33. P. p. 2. difco. 14. n. 14.

Bonum mihi, quia humiliasti me. Ait David. B. Ser. 59. n. 19.

Eusebius Emisenus de Sancto Stephano ait: *Nec mirum si eis nescit irasci, per quas sibi videt aulam regni caelestis aperiri*. Quis enim irascitur introductori ad regem? S. punct. 47. fol. 182.

Christus patitur alapam, qua dentes illi excutuntur, ut discamus aculeata verba ferre. S. punct. 8. fol. 565. Christus ad omnes accusationes tacet: nos ut dracones invehimur contra loquentes in nos. S. lb. fol. 567. & punct. 15. fol. 593.

Quomodo ferres vulnera, si ferre nequis iniuriam, ait Chryostomus. S. punct. 13. fol. 537.

B. Sanctulus, cum a Longobardis crudelissimum persecutionem pateretur, semper repetit: *In manu Dei sum, tantum in me possunt facere, quantum ipse permiserit*. A. lect. 6. n. 34.

Dominus Deus sceleratis Judæis iratus minatur: *Ece ego mittam, & assumam Nabuchodonosor Regem Babylonis servum meum, &c.* Quæritur hic qua ratione Nabuchodonosor dicitur. Paris II.

buchodonosor tam decoro titulo poterit honorari? nonne ethnicus erat? nonne fastuosus thraiso, qui pro Deo adori crevit? quomodo ergo vocatur *Servus Dei*? S. Hieronymus respondet, *quod in eversione Jerusalem servatus vocatus Dei*; ille enim a Deo erat electus ad puniendum populum Israel. Simili sensu Attila vocatur *flagellum Dei* Luc. A. lect. 10. §. 4.

Christus Dominus dicit de Patre sua: *Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum*! Ecce non dicit, quem dedit mihi Judas, Scribæ, Sacerdotes, Pharisei; ut nos doceat in adversitatibus spectandam esse causam primam, non secundam, cogitando omnes adversarios non habere vim aliam, nisi quam Deus dedit. Qui igitur sit, quod tu indigniter inimico? hoc est agere instar canis, qui saxum projectum mordere, non manum projecientem attendit. Segn. Manna 22. April. n. 3.

S. Lupus Trecentis Episcopos occurrenti Attilæ & pugna Catalaunica reduci cum interrogavit, quis est? Cui Attila: Ego sum Rex Hunnorum, flagellum Dei! Subintulit Episcopos: Veni Dei mei flagellum, omnia tibi ut Dei Ministro, me non repugnante patebunt. Dein portas urbis aperiri iussit, & apprehendens signum equi Attilam introduxit, qui cum omnibus suis copiis per urbem sine ullius cæde & detrimento transivit. C. Gen. 49. v. 27.

Dices: Ille homo, qui me persequitur, est pessimus nebulosus! Quid tum? Avarus non curat ex qua fodina erutum sit aurum, aut argentum, quod ipsi solvitur: Ita tu attendere non debes, quis hominum tibi occasionem merendi, & merita tua augendi præbeat?

457. Irrifones malecolorum despiciendæ.

Christus in loco publico, non in clauso carcere passus est, ut tanto major esset sue passionis ignominia. Exeamus igitur ad eum extra castra improprium ejus sermone. Improprium hoc erat, nomen Christiani, quod eo tempore erat profanum, & hoc nomen portandum erat extra castra humanorum respectum, etiam per tribunalia, per Synagoga, per curias. Hoc improprium noscitur astate non est amplius timendum, sed irrisio virtutis, juxta illud: *Deridetur iusti simplicitas*, 706 12. Et hæc irrisio quilibet toleranda est, qui vult ferre Christum: ille crucem per urbem bajulans audire debuit insultationes, & petulantias linguarum, dicebatur falsus Propheta, & moniacus, hypocrita &c.



tu ergo ad exemplum Christi patienter sustine improperia hominum. Segn. Manna 30. Aug. n. 2.

Quisquis conicitur ad Deum confitemdum, colendum & glorificandum, portare debet improperia hominum: si mundum deserat, dicent te stultum, quia amores hominum, & ætatis florem cum detrimento familiae sepelis: dicent te non habere vires, te esse ineptum, bardum in conacionando: dicent te perdere terrena, & non adipisci lucra spiritalia: dicent te in prolixis precibus, in Sacramentorum frequentia capessere vanam gloriam, &c. En, si non potes effugere improperia mundi, quidquid agas, præstat illa generose portare. Segn. Manna 30. Aug. n. 3.

Quidquid facies, non effugies hominum cavillos & iudicia. Pater & filius itinerantes, nunc istem nunc ille, nunc uterque in asino sedebant, nunc asinum portabant, & semper a populo cavillabantur: demum dixerunt, factiamus quod nobis placet, & non curemus alios. E. Judicium tom. nu. 1. S. Gertrudem animavit Christus, ut contra traditiones & convitia hominum patienter perseveret, ex hoc enim, aiebat, eris similis illi mei, qui in omnibus operibus meis habui perveriores. N. 15. Dec.

458. Permittuntur a Deo in involumentum hominis.

Deus disposuit, ut inter Ægyptios, & Israelitas male conveniret, non alium in finem, nisi ut hi libertatem consequerentur. S. Anastasius inquit: Quibus amicitia erat exitium, in odium erat occasio virtutis. Quid autem agit dæmon? Theophylactus ait: studeat componere amicitiam, sicut inter Herodem & Pilatum, ut Christus necaretur. B. Serm. 36. n. 17. Moyses & Aaron tunc viderunt gloriam Dei in tabernaculo, cum a populo faxis impetebatur. M. conc. 29. aff. 2. n. 2. Sicut ille homo, qui te moneret de macula in vultu, aut in veste, gratiam tibi faceret; ita Deus gratiam tibi facit, cum per dicitur, & persecutiones hominum te tuorum errorum commonefacit. D. 8. 72.

Et ideo Deus permittit, ut homines iusti ab impiis ordinarie persecutionem patiantur. Paolerti Fer. 4. post Dom. 3. Quadr. Juvenis importunus concupiscentiæ tentationibus ad nefas stimulatus, cum subornatis quibusdam Viris juberetur persecutionibus vexari, a tentationibus carnis liberatur. E. Verbo, Amor illicitus, nu. 3. Mater S. Augustini in potu non nihil

intemperans fuit: permittit ergo Deus, ut ab ancilla, cum qua litigabat, meribubula vocaretur; ex eo enim tempore serio suum errorem correxit. E. Verb. Con. fuerudo num. 2.

Quidam vitam pecudum vicinis, permittente Deo in officii sui rationis fecellit, & a Principe exautoratus; atque quatuor aureorum millibus punitus est. Ex eo tempore respuit, hoc infertur tantquam ad salutem suam sibi missum accipiens, dicensque, Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. J. 56.

459. Patienter, & cum gaudio ferenda.

Christus Dominus ad Judam: Amice ad quid venisti? Ubi Tertullianus: Nescit Christianus inimicum, per quem ad gloriam ascendit. S. punct. 148. fol. 451.

S. Chrysothomus ait: Nequis mihi dicat: Inimicum habeo scelestum, improbum, corruptum, incorrigibilem &c. quidquid dixeris, non est tamen Saule detrior: & tamen David mansuete ignovit. S. punct. 30. fol. 716. fufe. Vide Titulum: Dilectio inimicorum.

De persecutionibus, præsertim illis, quæ feruntur pro Deo, fide, & iustitia, gaudendum potius quam lugendum: 1. Quia Christus talibus promisit: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Gloriosius est pro Ecclesia, quam pro patria dimicare, & occumbere: Martyres, ait Sanctus Augustinus, in Eccle. s. Aug.

his summum locum tenent, atque apice in pl. 67. sanctæ dignitatis excelsunt. 2. Quia talis patitur pro Deo, ejusque lege, honore, & amore; unde se victimam, & holocaustum Deo facit: Triumphus Dei est passio Martyrum, ait S. Hieronymus. 3. Quia talis Christo vicem amoris reddit, dando corpus pro corpore; sanguinem pro sanguine: hinc Sanctus Chrysothomus: Pro Christo pari munus est majoris admirationis, quam sit revera, mortuus suscitare, & signa miranda parare, &c. C. Jac. 1. v. 2.

Maledictus vicissim oportet benedicere, quia, ut ait S. Basilus, vir nobis occasio & causa heroicae patientiæ, ideoque faciunt nos beatos: Beati cum maledixerint vobis homines. Itâ fecerunt Sancti. C. 1. Petri 3. v. 9.

Ipsi gentiles mira patientia ferunt persecutiones: Aristides innocenter ex Urbe Athenis in exilium erat relegandus, cum a Viro litterarum ignaro rogabatur, ut

ut suffragium relegationis sibi scriberet, ipse imperturbato animo contra seipsum suffragium exilii scripsit. D. 8. 64.

Juvenis peccandi pericula in mundo fugitorum & secularium contubernio ad piam familiam transit. Sed a parentibus perfectionem passus, inedia & inopia ad mortem afflicus est. Non recessit a proposito juvenis, tanquam a Deo consolatione repletus fuit, ut moriens cantaret: Pater meus & Mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. E. Mors. nu. 25.

B. Bernardus ex Ordine Seraphico, cum ludibria puerorum & populi latus sustineret, a quodam Judice profancto habitus, & Bononiæ fundo ad novam Monasterium donatus fuit. E. Patientia num. 7.

Josephus Ægyptius calumniose accusatus trigonio conicitur in carcerem, & dein octoginta annis regnat; hinc Scriptura expresse meminit ejus atatem: Triginta annorum erat, quando stetit in conspectu Regis. C. Gen. 41. v. 46.

460. Convicia hominum ferre quanti sit meriti.

S. Chrysothomus ait: Vel vera tibi obijciuntur? vel falsa? si vera, corrige. Si falsa, desupe: plus profunt hostium insultationes, quam blandimenta amicorum. S. punct. 30. fol. 717. in fine.

Cur Publicanus justificatus est? quia convicia Pharisei desipientis patienter tulit. S. lb. fol. 718. M. conc. 3. aff. 1. nu. 10. Deus nunquam magis laudavit Moysen, quam cum soror ejus male de eo loquebatur. S. punct. 115. fol. 350.

Si patienter ferimus distractiones hominum, Deus causam nostram defendet, & conviciatos punit: ita punitivum populum murmurantem contra Moysen. S. punct. 115. fol. 351.

Beati estis cum maledixerint vobis homines: Ecce inquit Chrysothomus: Pro maledictis retributionem maximam pollicetur. S. punct. 15. fol. 595. C. 1. Petri 3. v. 9.

Cum Carolus V. Imperator Regno se abdicaverat, indiesibile per quos crytes fuerit fugillatus: aliqui putabant id fieri ex impatientia morborum: alii ex metu crescentis fortunæ in Henrico Galliarum Rege: alii ex fastidio non expugnatae urbis Divoduri. Alii ex ambitione, alii ex remorfu conscientie ob expugnatum Romam, &c. Ille tamen in sancta sua solitudine vacabat quietus salutis negotio. D. 3. 36.

Dicit aliquis: id quod de me dicitur aut

salsum est, aut narratur cum auxeli? Quid tum? seis utique moris esse in mundo omnia exaggarare: cum Obalon occidit fratrem Annon, statim nuncium venit ad Davidem, omnes Principes Regios fuisse interfectos. Exploratores terre Chanana retulerunt, terram illam devorare habitatores suos. Ita exaugetur fama in omnibus, &c. D. 8. 59.

Theodosius legem tulit, ut illi, qui male de Imperatore loquuntur, non puniantur, quia ordinarie, aiebat, id fit vel ex levitate, vel imprudentia: levitas autem dissimulationem, imprudentia compassione meretur. D. 9. 35.

461. Non sunt excusatio sufficiens peccati.

Quidam rancorem ac malitiam suam excusare volunt aliorum hominum inhumanitate ac persecutionibus, sed male; quia persecutiones nemini nocent, nisi malo: qui mare permargant nauca correpti vomitum patiuntur, tum & turem exeunt, & cimballa vehuntur quia culpam vomitus refundunt in mare: sed decipiuntur! causa vomitus est bilis, quæ intra illos est, hæc mutari debent, non locus. Ita multi sunt qui causam suæ malitiæ imputant alterius inhumanitati, verum causa illa intra illos est, &c. D. 5. 64.

Quam ineptum est, persecutiones & tribulationes velle obtendere ut excusationes peccati, cum tamen homines sancti nihil lucundius, dulciusque habuerint, quam pati pro Christo: 1. Quia amorem suum erga Deum nulla re luculentius poterant ostendere, quam multa patientia: amor enim imitatur & amat amatum, illicque assimilari cupit. 2. Quia Deus illos, qui amore sui patiuntur, vicissim diligit, & passionem eorum celestis consolatione dulcorat, uti experti sunt omnes S. Martyres. 3. Quia cogitant passionem esse modicam & brevem, gloriam autem esse æternam. C. in Ep. Jac. c. 1. v. 2.

In persecutionibus gaudendum; quia 1. talis patitur ob fidem & iustitiam. 2. Patitur pro Deo, ejusque lege, honore & amore. 3. Christo vicem amoris reddit, reponendo corpus pro corpore, sanguinem pro sanguine. 4. Subit martyrium, quod est nobilissimus actus fidei, caritatis, & fortitudinis, &c. C. in Ep. Jac. c. 1. v. 2.

Christus Dominus persecutiones, & carceres SS. Martyrum dulcoravit sua presentia & multi SS. Martyrum remunerati sunt suos persecutores, &c.



462. *Detractiones generose contemnuende.*

Ordinarie in convicia solvuntur, qui alio tibi modo nocere non possunt, despice. Seneca ait, quot convicia tolerare debet calum? Agricola conqueruntur, si tempestas non faveat, nauis conqueruntur, si venti sint contrarii: Quodsi Jupiter omnes hos interficere deberet, quibus posset porro imperia dare, cum omnes sint culpabiles? sapiens transit sicut leo, qui imbelliger catellorum latratu non curat. Qui in hoc mundo versatur, est velut in nudinis ubi inter populi multitudinem impossibile est aliquem, non trudi & impelli: quemadmodum igitur imprudens foret ille, qui desuper conquereretur; ita convicia populi curari non debent, ut enim quisque est contemptissimus, ita solutissime est lingua. D. 10. 23.

S. Hieronimus Sulo a religio, quam pie nauit, stupi accusatur, infans ad illum tanquam genitorem deferretur: ille infantem educat, calumnias omnes forster sustinet, ac demum mirabiliter a Deo ejus innocentia manifestatur. R. 1. par. mir. 20.

Quidam vitæ Christianæ regulam petenti præcipit S. Macarius, ut iret ad ossa mortuorum, & ea vituperaret. Iviit, & Sancto retulit, ossa ad omnia impropria tacuisse. Nunc eas, agebat Macarius, & ossa laudes, ivit, & redux itidem retulit, ossa ad omnes laudes siluisse. Sic tu facere debes, subintulit Sanctus, omnia hominum dicitia ne cures. R. 1. par. mir. 22.

*Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis; sicut enim vestimentum, sic considerat eos vermis, & sicut lanam, sic devorabit eos tinea; salus autem mea in sempiternum.* En pulcherrima rationes, cur dicitia hominum contemnuenda sint: 1. quia homines sunt mortales, & brevi disparituri. 2. Quia mali sunt, & verme, ac tinea in inferno corrodentur. 3. Quia malum hoc pure in opinione consistit. 4. Quia opus bonum oppositum duplici merito coronatur, illique fasces sempiterna appromittitur. Segn. Manna 25. Aug.

463. *Calumnias Deum defensorem habent.*

Mulier quædam perperam amabat S. Vincentium Ferrerium, simulato igitur morbo vocat eum ad confessionem excipientem, siquæ ad nefas allicit. Reluctante illo incipit horrendum vociferari, eumque accusare, quasi vim sibi inferri voluis-

set, sed statim a dæmone occupata fuit, nec potuit ab alio, quam ab ipso S. Vincentio liberari. Sanchez 5. par. c. 8. fol. 561.

S. Chryostomus fuit denigratus quasi partibus Nestorianorum contra honorem B. V. accessisset, & ecce! Beatissima apparuit S. Cyrillo & Chryostomum defendit. Sanchez 6. par. c. 5. fol. 740. Vide etiam Tit. *Detractio*. Confutatur mirabiliter a Deo.

Juvenis cum suis parentibus Compostellam peregrinationem faciens, & turpissimi sceleris innocenter accusatus, atque in fuream actus, mirabiliter in ipso patibulo vivens conservatur. R. 1. par. mir. 2.

S. Magdalena de Pazzis mirabiliter erat in austeritate jejunii: Diabolus ergo, ut eam de hypocritis redderet suspectam, aliquando assumpta ejus specie clam in culinam irrepit, & carnem esse ollam fugipuit. Difficile est dictum quam illa exinde facta sit exosa. Verum Deus ad ejus innocentiam comprobendam excitavit moniale sacrificii officium additum, quæ testata est, quod Magdalenam toto mane usque ad meridiem viderit ea die coram Venerabili orare. Ea res tantam illi estimacionem parurit, ut jam ipsi molestiora essent obsequia sororum, quam a dæmonum persecutiones. R. cent. 2. par. 2. mir. 36.

Dæmon libros furatur, & in cubiculum B. Bonaventuræ Tolomæi deferret. Inventis ibi libris Sanctus Vir graviter distatur, sed dæmon cogitur libros coram omnibus fratribus deferre, & innocentiam diffamari. R. cent. 2. p. 2. mir. 44.

S. Hadeloga Regia Virgo pessime accusata digna vita, cujus illibata Virginitati Clericus jam vita sanctus, coram Patre testimonium diceret. N. 3. Feb.

S. Hildegardis Carinthiæ Palatina a Mariti sui fratre ad pudendum nefas sollicita, constanter resistit. Ab eodem proco impudicitia accusata fuit, & inventa etiam impudens ancilla, quæ accusationem firmaret juramento. Quare Hildegardis & sagittio arcis præcipitata, sed angelicis manibus excepta fuit, rosis etiam & liliis repente enatis, innocentiam ejus testantibus: Ancilla in saxum mutata, conjux iniquus cæcitate percussus fuit. *Nadasi* 5. Feb.

S. Petrus M. ex Ord. S. Dominici sæpe a Sanctis Virginibus Agnetæ, Catharina, Cæcilia in sua cellula visitatus, & casti colloquio recreatus fuit. Id advertens, & per rimam januæ inrospiciens frater ad Superiorem detulit, acque Superior putans esse feminas terrestres, indiferece exardescens, Petrum & Monasterio ejecit. Humillimus Vir sine contradictione obediens.

in ultimo Provincie angulo inter persecutiones diu delituit. Aliquando ad Crucifixi imaginem accedens conqueffus est: En JESU Redemptor, quæ patior pro te! Res mira! Christus in cruce articulatis verbis reposuit: En Petre, quæ passus sum pro te! sic confortatus adversa omnia perit, mirabiliter Deo protegente, & innocentiam ejus detegente ad pristinos honores revocatus, tandem pro fide Martyr factus est. N. 29. April.

S. Priscus Episc. multorum scelerum accusatus, dum sacrum coram Pontifice faceret, Angeli caelesti musica accinuerunt, ex quo Pontifex ejus innocentiam edoctus, magni eum habuit. *Roz.* N. 8. Maji.

Sergius Rom. Pontifex pudendi criminis accusatus, ab Anhelmo Episcopo Salisburgensi defendens fuit. Hic Anhelmus infantem, novem dies natum, publice interrogavit, an Sergius parens illius esset? Reposuit infans articulata voce: Non est ille parens meus! Innocens est! *Leucht.* 25. Maji.

S. Justus Episcopus vix in orbem natus parentem de adulterio suspectam prodigiis loquendo defendit. N. 8. Septembr.

S. Lioba Abbatisa sanctissime rexit subditas. Id indigne ferens dæmon per vetulam impiam, infantulum recens natum, in vivarium Monasterio proximum injici jubet. Indicibile est, quam atrocibus calumniis Monasterium vapularit. Sed Verula a malo dæmone tamdiu obfessa, donec crimen fassa est. *Leucht.* 28. Septembr.

464. *Patienter perseverant a Sanctis.*

S. Juniperus erat matix & terror dæmonum, quos sola sua præsentia ex energumenis ejecit. Igitur diabolus hanc ei stropham luit: Inter urbem Viterbentem & Nicolaum Comitem de Castellfermo erant gravia dissidia, cum ergo aliquando Juniperus illud castellum adiret stipem collecturus, dæmon assumpto tabellarum habitu præcurrit, nuntiavitque Comitibus, esse in via assassinum a Viterbentibus missum, qui eum interficere cogitaret; signum ejus fore, si in ejus reculis subula, & fomes inveniretur, subula quidem, qua ille Comitem incendere vellet. Adveniens Juniperus statim ab apparitoribus occupatus, ad Comitem adductus, questusque fuit, an lauro ille esset; cumque poneret, ex humilitate, se esse hominem pessimum, absque ulteriori probatione confessum ad furem condemnatus fuit. Interim Juniperus hilaris est animi, gaudetque de omnibus illis, quæ Divinæ Providentiæ circa se dispo-

nere placeret, cum ecce! curret & militibus unus in proximum Monasterium, nuntiat Guardiano, esse furem patibulo proximum, qui nollet poenitentiam agere, sed cum risu mortem acciperet, iret ergo & moriturum pie ad æternitatem disponderet. Currit Guardianus, invenit furem Juniperum, indicat Comitibus, & vincium evinculis redimit, &c. R. cent. 2. part. 2. mir. 23.

S. Macarius a puella imprægnata criminis accusatus, licet a populo ludibriis & verberibus male haberetur, injuriam tamen sustinet & imprægnata alimenta submittit. Verum Deus prodidit illius innocentiam, quia puella parere non potuit, donec accusationem revocavit. *E. Dissinatio.* n. 2.

Castissimus Joseph ad thronum evescus nullam vindictam sumit de Domina calumniose accusante. C. Gen. 40.

Ipsa obedientia perfectio consistit in patientia, si videlicet patitur humiliter, & hilariter asperitatem Superiorum. Quidam Castissimus in Conventu fratrum publice ab Abbate Paulo palma percussus, nullum signum dedit commotionis, sed tacuit, & ne colorem quidem mutans, modestiam & tranquillitatem ostendit. S. Stephanus ad tantam patientiam exerevit, ut eum amicum diceret, qui sibi aliquid molestia irrogasset. Pissimus Libertinus, qui ab Abbate irato, scabello in vultum impacto offensus fuit, dicebat, id sue esse culpæ, non illius sævitie. Quo dicto Abbatem ad magnam mansuetudinem perduxit, & humilitas discipuli facta est Magistra Magistri. S. Joannes Damascenus od carmen compositum justus a seniore cloacas purgare, id hilariter præstitit. S. Monica ibi Ancilla vocata Meribibula, omni se vitio interdixit. Catharina Aragonia ab Henrico VIII. Rege Anglorum repudiata, reposuit, male se fortunam iniquam, quam faventem. Captivus Hero gentili dixit: Occisus fuit ab hero, & in corde ejus Christi signata sunt inventa: C. in Ep. 1. Petr. c. 2. vers. 18.

S. Gregorius enarrat de quodam Stephano, quod admirabiliter fuerit patiens: Patientia in eo ita exereverat, ut eum sibi amicum crederet, qui sibi molestia aliquid irrogasset: Reddebat contumeliis gratias, &c. C. Eccl. 2. v. 1. Item Isa. 53. v. 7.

S. Barbara, Christina, Paulus Eremita, Rex Venceslaus, Flavia Domitilla, & alii plures ab ipsis parentibus, fratribus, filiis, & cognatis persecutionem usque ad mortem passi sunt. C. in Matth. 10. v. 21. Item C. Exod. 16. v. 3.